





1795,4 6/  
479

DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> IN AVG<sup>V</sup>RALIS  
DE  
**PROXENETIS PVBLICIS**  
EX IVRE GERMANICO, PRAESERTIM  
HAMBVRGENSI SPECTATIS

---

QVAM  
AVSPICIIS REGIIS  
AVCTORITATE ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM  
ORDINIS  
IN  
**ACADEMIA GEORGIA AVGUSTA**  
PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS  
RITE OBTINENDIS  
PROPONIT  
DIE IX. OCTOB<sup>R</sup>IS MDCCXC<sup>V</sup>.  
**CONRADVS OTTO LVEHRSEN**  
HAMBVRGENSIS.

---

GOTTINGAE  
TYPIS H. M. GRAPE, ACAD. TYPOGR.

DISERTATIONE INGENIARIA

88

PROXIMITATIS HERETICIS

IN VIRE GERMANICO, ET HESERICO

ACADEMICO-TEATRALIS

PRO SAVVIE IN LITOREA LUTA HONORIBUS

89

MEMORIALIS

PRO SAVVIE IN LITOREA LUTA HONORIBUS

90

MEMORIALIS

ACADEMICO-TEATRALIS

PRO SAVVIE IN LITOREA LUTA HONORIBUS

91

92

MEMORIALIS

PRO SAVVIE IN LITOREA LUTA HONORIBUS

93

94

MEMORIALIS

PRO SAVVIE IN LITOREA LUTA HONORIBUS

95

96

MEMORIALIS

PRO SAVVIE IN LITOREA LUTA HONORIBUS

97



LIBERAE IATQVE INCL Y T A E

LATORIAS S A I S IN D A C E N T I S S I M I S  
SACRI ROMANI IMPERII

REIPUBLICAE HAMBVRGENSIS

S E N A T V I

S P L E N D I D I S S I M O   E T   A M P L I S S I M O

M U L T I T U D I N E R U S T I C A

V I R I S

M A G N I F I C I S   P E R I L V S T R I B V S

C O N S U L T I S S I M I S   E X C E L L E N T I S S I M I S

EX A T Y PATRIA E V P A T R I B U S

FAVTORIBVS SVIS INDVLGENTISSIONIS

HASCE

STUDIORVM SVORVM PRIMITIAS

PIA DEVOTA QVE MENTE

OFFERT

TANTORVM NOMINVM

MAGNIFICIS PERITRABRIBAS

GONZATORVMIS PRACTICISSIMIS  
CVLTOR OBSERVANTISSIMUS

DE  
PROXENETIS PUBLICIS  
EX JURE GERMANICO PRAESERTIM HAMBVRGENSI  
SPECTATIS.

SECTIO I.

*De notione, originibus & speciebus proxenetarum  
publicorum.*

§. I.

i) *De notione & divisione proxenetarum in publicos  
& privatos.*

Tantum abesse, ut quaecumque negotia, quorum perfectio curae cor-  
dique nobis est, per nosmetipos conciliare valeamus, ut plura dentur,  
quae non nisi aliis auxiliantibus ex yoto nostro cedant, nullus  
profecto in dubium vocabit, harum rerum mediocriter peritus. Hinc  
a vetustissimis inde temporibus ad nostros usque dies non potuit non  
multiplex esse usus proxenetarum. a) Quae quidem vox, si ad grae-  
cam linguam, unde originein dicit, respicere velis, negotiorum con-  
ciliatorem denotat.

A

a)

- 2
- a) BENEV. STRACCHA de proxeneticis & proxeneticis, Fr. 1593. & in  
 Ei. tract. de mercat. Amst. 1658. ERIC. de RÜNNE diss. de proxene-  
 tis & proxeneticis, Arg. 1659. NIC. CHRIST. LYNCKER disp. de pro-  
 xenetis, Jen. 1674. JOH. MATTH. WINCOP de proxeneticis mercator.  
 Erf. 1703. DAV. THONANN de proxeneticis mercator. Erf. 1703. JO.  
 GVST. SILBERRAD de sensalibus, Alt. 1717. (Vid. BESECKE thesaur.  
 jur. camb. Part. II. p. 1242. seqq.) WERN. MEYER de proxeneticis &  
 proxeneticis, Duisb. 1718. JO. LEMP diss. de proxeneticis 1733. AVG.  
 de LEYSER diss. de proxen. (Vi. Ei. Med. ad Pand. Spec. 681. seq.)  
 HENR. BODINI diss. de philanthropo, vom Maeckler-Gelde, Hal. 1699.  
 HIER. FRID. SCHORCH diss. de proxeneticis, Erf. 1766. HERM. BECKER  
 diss. de proxeneticis & proxeneticis, Gryph. 1772. CHRIST. GOTTL.  
 RICCI exercitatio iur. camb. XII. de proxeneticis cambior. & mer-  
 cium, vom Wechsel- und Waarenmaeckler, ad leges maxime cam-  
 biales delineata, Gott. 1781.

### §. 2.

Hi respectu ad hodiernos mores habito in duas partes abeunt.  
 Prout enim alii privata, alii publica auctoritate munus suum exercent,  
 in publicos & privatos dispescuntur. a) Illi in vernacula nostra lin-  
 gua Unterhändler, hi Mackder b) vocantur.

a) JVST. MEIER Collieg. Argentorat. T. III. tit. de proxenet. §. 5. JO.  
 MARQVARD de jure mercator. & commercior. singulari, Lib. I. cap.  
 8. n. 51. seq. LATTERBACH collieg. th. praef. pandectar. tit. de prox.  
 §. 1. SILBERRAD l. c. cap. I. §. 9. sqq.

b) Quae denominatio Saxoniam inferiorem matrem habere videtur,  
 composita scilicet ex vocabulis *maken* & *klar* (den Handel klar i. e.  
 richtig machen.) Cf. JO. MAX. RAVMBVRGERS Grundfeste des h. röm.  
 Reichs

Reichs und anderer europaeischen Königreiche und Staaten Rechten  
und Gewohnheiten in Wechsel- und Commercien-Sachen, Frankf. a.  
M. 1723. Cap. XII. §. I. Allgemeine Schatzkammer der Kaufmann-  
schaft, oder vollstaendiges Lexicon aller Handlungen und Gewerbe,  
Th. III. sub voce: Maeckler. BECKMANN'S Einleitung in die Hand-  
lungswillenschaft §. 22. p. II.

## §. 3.

Sub proxenetis privatis, ex Romanorum legibus dijudicandis,  
eos intelligo, qui libera sive utriusque, sive alterutrius inter se paci-  
fcentium voluntate electi ministerium praefstant in quibuscumque ne-  
gotiis licitis, quae plurimum conventione indigent. Officium, quo  
fungi se patientur, eo consilisit, ut alteri cum altero contrahendi oc-  
casionem querant. a) Varius sane horum hominum usus fuit apud  
Romanos. Iis adiuvantibus viri militares, quum magistratus  
provinciam in se collatam viderent, adestores sibi quæsiverunt, soli-  
diori legum cognitione instructos, qui in decidendis controversiis  
consilia iurisque principia suggererent. b) Praecipua quoque proxe-  
netarum opera versata est apud veteres circa sponsalia nuptiasque cele-  
brandas, c) quippe inter quos usitati moris fuit, ut ad matrimonium  
ineundum raro accederent prius, quam interpretis beneficio tam spon-  
sæ cognatorumque animos, quam dotis constituedae suminam ejus-  
que solvendæ tempus aliaque similia explorata haberent atque definita.  
Maxime vero iidem contractibus aliisque negotiis, commercium con-  
cernentibus, intervenierunt. d).

A 2

a)

- a) MEIER I. c. MARQVARD I. 8. 58. SILBERRAD §. 8. SCHORCH §. 2.  
RICCIUS §. 3. 12. 44.
- b) CVIAC. ad Nov. 82. STRACCHA Part. II. n. 18. MEIER §. 8. n. 3.  
LYNCKER Th. 13. SILBERRAD III. 3.
- c) L. fin. D. de sponsal. XENOPHON in memorabil. Socrat. Lib. II. cap.  
6. §. 36.
- d) L. 3. D. de proxenet.

## §. 4.

Neque aliter olim res se habuit apud Germanos, qui proxenetas privatos diu solos in auxilium vocarunt. Latissime patuit eorum ministerium in emporiis, ubi mercaturaे negotiationumque curis distracti ad quamplura negotia aliorum fidei committenda coactos se viderunt. Quo frequentior vero his in locis proxenetarum privatorum usus fuit, eo majora fuerunt incommoda ex eorum ministerio partim ad contrahentes, partim ad universam rem publicam redundantia. Neque miratu dignum hoc videbitur cuiquam, animo secum perpendenti, quam parum prisci legum romanarum conditores solliciti fuerint de munere proxenetico certis limitibus, mercaturaे gravitati congruis, circumscribendo.

Ita, quamdiu per totam Germaniam ex legum civilium tenore cujuscumque paene conditionis homines conciliatoris provinciam pro lubitu in se suscipere potuerunt, in opulentissimis urbibus mercatorii eo pervenit res, ut proxenetarum, quaestuarias operas praeflantum, turba ex decoctoribus foroque cedentibus pullularet. a) Hinc vero sexcenties natae sunt querelae de proxenetis ad decipiendum proclivis,

men-

mēndacii fallaciaeque plenis. b) Alii praeferēt sordidum acceperunt proxeneticum eiusve capiendi spe negotia sibi metiōpis commissa in maximam commercii perniciem distulerunt, alii periculosa illicitasque promoverunt conventiones, vecligalitū defraudationem haud parum iuvantes. Alii denique ob imperitiam, qua in rebus ad mercaturam spectantibus versati sunt, infangibilibus malis originein dederunt.

a) MARQVARD I. 8. 61.

b) STRACCHA II. 4. MÜLLER ad STRUV. tit. de proxen. n. β. SILBERRAD IV. I. SCHORCH §. II.

### §. 5.

Quae quidem incommoda quum negotiis cambialibus, integrum conciliatorum fidem prae ceteris efflagitantibus, passim in Germania admodum auctis ingravescerent; studium promovendarum negotiationum in patriae nostrae emporiis eo impulit homines, ut de reformato ministerio proxenetarum sedulo cogitarent. Hinc sensim sensimque prodiērunt duo conciliatorum genera, Romanis incognita. Primum quidem mercatorum opificumque collegia ita sibi consuluisse videntur, ut eligerent quosdam, quibus solis iuris iurandi religione ad fidem sibi praestrandam obstrictis uterentur in conciliandis negotiis suis. Verum tamen quum vel horum hominum usu neque privata salus satis munita adparuerit, neque publica desierit periclitari; excitati sunt reipublicae curatores, ut quae proxenetae muneri adhuc deerant atque prohibebant, quo minus illud ad facilitandam loci mercaturam ad-

A 3

com-

commodatissimum haberi posset, suo studio supplerent atque efficerent, ut negotiis commercii absque scriptura celebratis publica sit fiducia. Quo factum est, ut recentiori aetate celeberrimae nostrae urbes mercatoriae instructae sint Sensibus a) s. proxeneticis publicis. Quo nomine eos adpello, qui ad operas mercenarias in conciliandis gerendisque licitis commerciorum negotiis praefundandas publica auctoritate constituti sunt. b)

a) Sic denominari dicunt proxenetas publicos a Seneschallis, i. e. rei familiaris curatoribus, qui, quum olim in mercatorum habitaculis versarentur, proxenetarum vices in se suscipere solebant. Vid. PVETTMANN in annotationibus ad Ord. Camb. Lipsiens. art. 15. n. 10.

b) LAVTERBACH I. c. §. 1. LVDOVICI Handlungsslexicon sub voce Maeckler, PVETTMANN & BECKMANN II. cc.

§. 6.

2) *De primis originibus & progressu proxenetarum, speciatim Hamburgensium.*

Quodsi in primas origines proxenetarum publicorum paullo intentius inquirimus; id quidem certum arbitror, non maiores nostros, sed exteris gentes ipsorum auctores esse habendos. Inter hos vero Itali forsitan fuerunt, qui promovendarum rerum cambialium causa eosdem invenirent. Ex Italia in Galliam translati videntur a CAROLO IX. rege, qui anno 1582. in omnibus imperii sui urbibus mercatoris certos cambiorum merciumque proxenetas publici munieris dignitatem

7

tate exornatos (Agens de change & banque & Courtiers de Marchan-  
dis) constituit. a) Neque exigua fuit opera, quem HENRICUS IV.  
& qui eum fecuti sunt, Galliae reges, in excolendo hoc officio im-  
penderent. Quod quidem praeclarum Gallorum exemplum a tertii  
ab hinc saeculi fine imitatos censeo Germanos. b)

Ad Hamburgum vero quod attinet, haec sane inter primas  
Germaniae urbes fuit, quae proxenetis publicis se instrui curarent,  
quippe quum in patriis senatus civiumque recessibus, saeculo XVI.  
conscriptis iam mentio fiat proxenetarum iuratorum, nec non eadem  
subsequentis saeculi documenta ordinationis proxeneticæ specimen ex-  
hibeant. c)

Ceterum Germani præ reliquis Europæ gentibus omne flu-  
dium semper eo fixerunt, ut proxenetarum publicorum conditio pro-  
movendis commerciis in dies aptior reddatur. Cujus rei testes sunt  
numeroe ordinationes proxeneticæ saluberrima constituendi admini-  
strandique munera proxeneticæ præcepta dantes. d) Neque respubli-  
ca Hamburgensis hac in re ullo tempore quidquam omisit, quippe quae  
plures ejusmodi leges, variis rerum vicissitudinibus aptatas condidit,  
quarum eas in primis laudo, quae annis 1660. e) 1740. f) &  
1792. typis expressa prodierunt. Quae quum ita sint, proxeneta-  
rum publicorum in emporiis nostris versantium indoles ab ea, quae  
privatis est, non potuit non paullatim adeo recedere, ut quae jus ro-  
manum circa hos disposuit, magnam partem male quadrent ad il-  
los, ex juris germanici principiis nunc maxime speculos.

a)



- a) Le parfait Negotiant par JAQVES SAVARY, à Geneve 1676. Part. II.  
Chap. 61. p. 353.
- b) Hinc vocabula gallica in rebus proxeneticis vel nostra aetate inter  
Germanos usitata, v. c. COURTAGE.
- c) Sammlung der Hamburgischen Gesetze und Verfassungen Th. VI.  
p. 413.
- d) Leipziger Wechsel- Ordnung v. 1682. §. 15. Breslauische W. O. v. 1712. §. 41. sq. Braunschweig. W. O. v. 1715. art. 47. Wiener W. O. und Wechselgerichtsordn. v. 1717. art. 48. Nuernberg. W. O. v. 1722. Cap. 7. Hamburgische Assicuranz- u. Haverey - Ordin. v. 1731. Tit. 23. Der See- und Handelsstadt Danzig Rechte und Willkuehr v. 1742. Th. III. Cap. 6. art. 43. & 44. Schlesische W. O. v. 1738. §. 42. seq. Brandenburg- Onolzbachische W. O. v. 1739. Cap. VI. art. 6. Frankfurtische erneuerte Ordnung in Wechsel- und Kaufmannsgeschaeften v. 1739. §. 57. Derselben Anhang II. Ordin. und Rolle der Wechselmaekler; Anhang III. Ordin. und Rolle der Waarenmaekler und Unterkaeuffer. Breslauische Mess- und Handelsgerichtsordn. v. 1742. §. 32. Wuertemberg- Stuttg. W. O. v. 1759. Cap. 3. Rostockise Maecklerordn. v. 1760. (Vid. SCHROEDERS Repertorium des Rostock. Rechts p. 341. seq.) Boehm. und Oesterr. W. O. v. 1763. art. 47. Preusische Maekl. Ordin. v. 1765. (Vid. BERGII Landesgesetze ueb. Polizey- u. Cameralwesen, Alph. III. p. 407. seq.) Augsburgische erneuerte u. vermehrte Wechselordn. v. 1778. Cap. 12. Waarenmaeklerordn. fuer d. Stadt Braunschweig v. 1780. (Vid. FREDERSDORFS Promtuarium der Br. Wolfsenbuettel'schen Landesver- ordn. Th. V. S. 185.) Allgem. Preussisches Landrecht Th. II. §. 1307. seqq.
- e) Vid. Silberrad, l. c.
- f) Haec prostat in d. Samml. Hamburg, Ges. u. Verf. Th. VI. p. 343. sqq.

§. 7.

3) *De variis speciebus proxenetarum publicorum.*

Variae autem proxenetarum publicorum species apud nos occurunt. Pro diversitate scilicet negotiorum, in quibus solis aut praecipuis illorum opera versari oportet, in plures illi discedunt partes. a) Hamburgi in primis alii sunt, qui in numerorum permutatione conciliandisque negotiis cambialibus ministerium praestant, proxenetae cambiorum (Geld- u. Wechselmaeckler) appellati. Alii in distrahendis inspiciendis aestimandisque mercibus districti, proxenetae mercium (Waarenmaeckler) nuncupantur, qui prout non omnes, sed certas modo res promercales emi vendique curant, in plures iterum districtibuntur classes, b) quarum principes consistunt ex proxeneti lignorum — lintei — sachari fabarumque arabicarum — vini — olei adipisque pisces — cett. Quidam conventiones de periculo mercium per loca periculosa vehendarum suscipiendo promovent, quos proxenetas adsecurationum (Asseturanzmaeckler) vocamus. Pars navium onerardarum exonerandarumque cura occupata, proxenetarum rei nauticae (Cargadoren, Schiffsmaeckler) nomine gaudet. c) Plures denique ad vendendas locandasque res immobiles easdemque pro nomine faciendo oppignorandas se accommodant, quos proxenetas rerum immobiliarum (Hausmaeckler) dicimus.

Hae proxenetarum species & in reliquis Germaniae emporiis, mercaturaे negotiationumque amplitudine conspicuis, sive omnes, si.

ve partim inveniuntur; iisdemque in terris, quae metallorum fodinae praeditae sunt, proxenetae metallici (Kreutzler, Kuckeskreutzler) accedunt, quorum opera in procurandis partium metallicarum commerciis versatur. d)

- a) LUDOVICI Handlungsslexicon, sub voce Maeckler. ESTORS teutsche Rechtsgelehrsamkeit, Th. II. §. 4199. Samml. Hamb. Gesetze Th. VI. p. 411. BECKMANN I. c.
- b) SAVARY I. c. p. 359. sqq.
- c) LUDOVICI sub voce Cargador.
- d) Eiusmodi proxenetae in electoratu Saxoniae & in comitatu Hohenstein reperiuntur. Cf. Ord. Metall. Saxon. art. 20. Ord. Metall. Vallis S. Joachimi Part. II. art. 92. Ord. Metall. Brunsvic. Part. II. art. 102. LEYSERI jus georgic. Lib. III, cap. 24. §. 98. sqq. SCHORCH I. c. §. II. p. 26. sqq.

## SECTIO II.

### *De electione proxenetarum publicorum eorumque constitutione.*

#### §. 8.

##### *1) De iure eligendi constituendique proxenetas publicos.*

His propositis ad ea progredior, quae electionem proxenetarum publicorum eorumque constitutionem concernunt. Primum vero opera mea in eo versabitur, ut demonstrem, penes quos potestas sit, eiusmodi

eiusmodi ministros vel eligendi vel recipiendi, deinde in modum inquiram circa exercitium horum iurium servandum. Ad prius quod attinet; a) alibi jus proxenetas publicos eligendi magistratus sibi vindicat, qui tamen plerumque vi legum specialium hac de re communica-re tenetur cum mercatoribus, ne his, quorum causa illi creantur, invitis quidam obtrudatur. b)

Neque commendationes negotiatorum negligendae sunt, quantum de constituendo cambiorum proxeneta sermo est. c) Aliis in locis ubi proxenetarum electio solis mercatoribus relinquitur, illi pro diversa cuiuslibet emporii observantia modo ab antistitibus, modo ab universo mercatorum collegio per majora vota cooptantur, cooptati vero magistratui ad probandum atque confirmandum tradendi sunt d). Alibi denique, quoties quis in sensuum numerum recipiendus est, hunc eligere oportet magistratum ex certo candidatorum numero, quem mercatores ipsi demonstrarunt. e) Sollennem tamen proxeneta- rum publicorum receptionem ubivis magistratus suo iure postulat.

a) Allgem. Preuss. Landr. Th. II. Tit. 8. §. 1312. MARQVARDI. 8. 64.  
 RAVMBURGER Cap. XIII. §. 6. LEYSER I. c. §. 5. SILBERRAD II. 5.

RICCIVS §. 4.

b) Ord. Prox. Boruss. §. 4. Ord. Nund. & Camb. Bolfan. I. c. O. C.  
 Wuertemb. I. c. Allgem. Preuss. L. R. §. 1314.

c) Ord. Camb. Vienn. I. c.

d) O. P. Rostoc. §. 1. O. C. Vienn. I. c. O. C. Bohem. & Austr. I. c.

e) O. P. Merc. Brunsvic. n. 1. Allg. Preuss. L. R. §. 1313.

## §. 9.

Neque tacitus omittere possum, pro diversa cuiuscumque emporii forma his in rebus diversos versari magistratus. In plerisque felicet urbibus mercatoriis unius potestati subiectis senatus urbano relicta est cura rerum ad proxenetas spectantium, a) licet etiam nonnulla sint, ubi eandem iudicio cuidam principali, c. c. disciplinae publicae curatoribus b) demandatam inveniamus. In liberis S. R. I. civitatibus, mercatura notis, ut plurimum delecti quidam senatus civitatis huic muneri praesunt. c)

Hamburgi vero floret peculiare iudicium reij proxeneticarum (Maeckler-Deputation), de quo in praesenti pauca adiucere mihi liceat. Constat illud ex duobus senioribus litteratis & tantumdem mercatoribus, senatus splendidissimi membris, quibus duo alii, ex collegio quindecim virorum, lingua vernacula Oberalten dicti, nec non praeses collegii commerciorum, quatuor cives & nautarum senior (Schiffer-alten) iuncti sunt. His solis data est potestas eligendorum proxenetalrum publicorum iisque iurisdictione gaudent in omnibus causis munus proxeneticum concorrentibus. Quid? quod contra sententias, ab ipsiis iatae, nullum juris remedium, nisi supplicatio ad amplissimum senatum currente decendio locum habet. d)

a) O. P. Rostoc. §. 1. Ord. Pr. Boruss. §. 4.

b) O. P. Mercat. Brunsvic. 1. c. O. C. Boh. & Austr. 1. c.

c) Ord. Merc. Lubec. de 1607. art. 8. Vid. MARQVARD 1. 8. 64. LYN-

CKER th. 7. SILBERRAD II. 2.

d) O. P. Hamb. §. 1. 2. 4. Samml. Hamb. Ges. Th. VI, p. 414. §. 7.

§. 10.

§. 10. de obligo obiecto iuris servando.

a) *De modo in exercendis hisce iuribus servando.*

a) *De iis, qui creationi apti sunt. a)*

Est vero modus in exercendis iuribus eligendi constituerisque proxenetas publicos sedulo servandus. Atque huc quidem primum pertinet, ut in electione proxenetarum non nisi eorum ratio habeatur, quos & muneris, de quo loquimur, natura & speciales loci leges eidem administrando apertos pronunciant. Quia virtute gaudent, qui i) integri sunt famae, b) quippe soli ad publicam fidem aliorum negotiis conciliandam habiles, nec non digni, quibus mercatores bona atque arcana sua possint committere. Quae cum ita sint; e. c. per iurii convicti a proxenetae officio plane excluduntur, c) nec aliud iure Hamburgensi obtinet intuitu eorum, qui lusu aut alea, Lotto quam dicimus, bona sua perdidérunt. d) Quaerenti autem ex me, quid sentiam de his, qui foro pulsii sunt; respondendum arbitror, multum interesse, utrum eiusmodi homines culpa sua, an sorte adversa in calamitatem inciderint. Illi, sive creditores suos se fellerint, sive cuncta profuderint, ubi vis prorsus incapaces habentur obtinendi muneris proxenetae publici, nec immerito. e) Qui enim semel fidem exuere non dubitarunt, ii & in posterum alios decipere atque inducere creduntur. Neque recedit ab hac regula ius Hamburgense, nisi quod ex hoc decreto, sola animi levitate corrupti, dispensatione ab amplissimo senatu impetrata creationi iterum reddantur apti. f) Aliter se res habet re-

spectu eorum, qui absque culpa sua defecerunt. Hi ipsis legibus munieris proxenetae publici non capaces solum habendi, verum etiam prae ceteris illo dignandi sunt. g)

- a) LUDOVICI I. c. n. III. LYNCKER th. II. MEIER I. c. §. 7. SILBERRAD II. 7. sqq. SCHORCH §. 3. RICCIUS §. 10. seq. SAVARY p. 374.
- b) O. P. Hamb. §. 1. O. P. Rostoc. §. 3. Ord. Pr. Boruss. §. 6. O. P. M. Brunsvic. I. c. Allg. Preuss. L. R. §. 1315.
- c) O. P. Hamb. I. c.
- d) De prodigiis disputation: SILBERRAD I. 8. SCHORCH I. c.
- e) O. P. Boruss. I. c. Allg. Preuss. L. R. §. 1316, LYNCKER I. c. SILBERRAD §. 10. RICCIUS §. 11.
- f) O. P. Hamburg. I. c.
- g) O. P. Hamburg. I. c. Ord. Pr. M. Brunsvic. I. c.

## §. II.

Deinde II) & officii ratio, & leges volunt, ut quicumque proxeneta publicus negotia commerciorum loci, quibus promovendis destinatus est, satis calleat, omnibusque instructus sit subsidiis, quae ad ministerium in gerendis illis dextre praestandum opus sunt. a) Hinc mercatores & qui annos discenda mercaturae & negotiationis bene transegerunt, merito aptissimi censentur obeundo muneri proxeneticō; b) quid? quod nonnullis in locis vi pecularium sanctionum soli ad illud admittendi sunt. c)

Speciatim vero in proxeneta cambiorum requiritur, ut omnia monetae genera & cujuscumque valorem nec non aequioris ini-  
quiorisque rei argentariae conditionis caussas noscat jurisque cambialis

gnarus



gnatus sit. d) Mercium proxeneta in primis earum rerum promer-  
calium, quibus emendis vendendisque intervenire vult, qualitates atque  
signa, rectam earum longitudinem & amplitudinem, virtutes atque  
vitia adcurate nosse debet. e) Et ad eos quod attinet, qui navibus  
onerandis & exonerandis operari dare cupiunt, hos non rationum  
modo tractandarum exterarumque linguarum fatis peritos, verum  
etiam solida iurum maritimarum legumque ad vestigalia venalium &  
portoria spectantium cognitione praeditos esse oportet. f)

Porro III) quum nullus sapiens nascatur; per se iam patet,  
non cuiuscumque aetatis homines, sed eos modo aptos esse admini-  
strando muneri proxenetico, qui maturo utuntur ingenio. Cauta igitur  
plures leges vetant, ne quis ad plenam aetatem nondum provec-  
tus in sensaliuum publicorum numerum recipiatur. g)

- a) O. P. Hamburg. l. c. O. P. Merc. Brunsvic. l. c. A. Preuss. L. R. §. 1315.
- b) O. P. Hamburg. l. c.
- c) O. P. Boruss. §. 9. O. Prox. Brunsvic. n. r.
- d) O. P. Boruss. §. 8. A. Preuss. L. R. §. 1317. SAVARY & LUDOVICI ll. cc.
- e) O. P. Brunsv. l. c. Allg. Preuss. L. R. §. 1318. LUDOVICI l. c.
- f) Allg. Preuf. L. R. §. 1319.
- g) Ord. P. Hamb. l. c. Allg. Preufs. L. R. §. 1315.

### §. 12.

Insuper IV) ex speciali quorundam locorum iure in eligendis  
proxenetis eorum modo rationem haberi fas est, qui civitatis iure  
gaudent

gaudent illudue brevi adquisituros se esse pollicentur. a) Aliis in emporiis V) nulli admittuntur, nisi qui tantam pecuniae summam cautiosis loco offerre valent, quantam sive lex scripta, b) sive mercatorum sententia c) sensuum publicum praestare iubent. d) Denique VI) num iudaicae religioni addictis proxenetae publici munus conferri possit, si quaerat quispiam; plurium quidem Germaniae provinciarum leges id fieri omnino prohibere certum est, e) neque tamen defunt loca, in quibus aditus ad illud ipsis pateat. f) Quid? quod ubi penes mercatores est potestas eligendorum sensuum, Christi sacra amplectentium, ibi etiam proxenetas iudaicos a principibus eiusdem disciplinae sectatoribus cooptari moris est.

a) Ord. Pr. Hamb. §. 5. Ord. Affec. & Hav. Hamb. tit. 23. §. 1. Ord. Pr. M. Brunsv. I. c.

b) O. Mercat. Lübec. d. 1607. art. 8. LYNCKER th. I.

c) Allg. Preuss. L. R. §. 1320.

d) MARQVARD I. 8. 63. sqq. SILBERRAD II. 4. ESTOR §. 4197.

e) MARQVARD I. 8. 60. LYNCKER th. II. SCHORCH I. c. RICCIUS §. 16.

28. 87.

f) Ord. Jud. Elect. Saxon. de 1682. §. 14. Ord. Pr. Boruss. §. 46.

§. 13.

(b) *De iusto proxenetarum publicorum numero.*

Deinde iussi proxenetatum publicorum numeri ratio habenda est. a) Alibi vero loci leges adcurate definiunt, quot proxenetae publici constituendi sint, b) alibi hanc rem magistratum iudicio relictam invenimus.

venimus. c) Si prius, lex scripta omnino sancte custodienda; sin posterius, eo nitendum est, ut numerus sensalium publicorum semper coniunctus sit relationi cum negotiorum loci copia. Iusto enim plures paucioresve proxenetas reipublicae plus nocere, quam prodesse, cuiusvis sane intellectu erit. Illi non malignum modo quaestum experuntur, verum etiam in causa esse solent, ut litterarum cambialium merciumque pretia in summum commercii cum exteris detrimentum exardescant. Pauciores contra nimis negotiis occupatos ad ministerium omnibus mercatoribus loci aequali modo praefundandu minus studiosos cognoscimus. Ita vero evenire, ut plura negotia & universae reipublicae & singulis civibus utilissima omittantur, non est, quod inoneam. d)

Ad civitatem Hamburgensem si me converto, haec sedulo semper curavit, ut proxenetarum publicorum copia negotiorum tractandorum multitudini respondeat. Hinc subinde auctus est sensalium numerus, donec ordinatio proxenetica anno 1740. prodita caveret, ut ad summum 80. Christiani & 20. Iudaei, natione Lusitani, e) in illum admittantur. f) Paucis tamen annis post ex amplissimi senatus civiumque conclusis d. 12. Jun. 1747. & 29. Jul. 1756. latis additi sunt quinquageni Christiani. Neque subsequentibus temporibus proxenetarum publicorum numerum, prout par fuit, umquam augere desierunt Hamburgenses. Quo factum est, ut hodierna luce 395. Christiani & 25. Iudaei (scilicet 20. Lusitani & 5. Germani) sensalium munere in patria fungantur.

C

a)

- a) RAVMBURGER I. c. XIII. 7.  
 b) Ord. Judaeor. Elect. Sax. de 1682. §. 14.  
 c) Ord. Prox. Merc. Brunsvic. I. c. Ord. Nundin. & Camb. Boflan. I. c.  
     Ord. Boruss. §. 5. Ord. Prox. Hamb. §. 5.  
 d) Lvnovici Handlungsslexicon I. c. sub n. III.  
 e) Hos Judaeis, natione Germanis, ab antiquo inde tempore propterea  
     praelatos legimus, quod ex patria olim Hamburgum migrantes com-  
     mercum Lusitanorum magnam partem ad Hamburgenses adlexerint.  
     Vid. Samml. Hamb. Ges. und Verfass. Th. VI. p. 414. §. 6.  
 f) Vid. Ord. Prox. Hamburg. de 1740. §. 3.

## §. 14.

c) *De receptione proxenetar. publicor.*

Porro ad solemnem proxenetarum publicorum constitutio-  
 nem pertinet, ut sensales designati ad munus suum legitime admini-  
 strandum iureiurando obstringantur, a) cuius quidem formulam ple-  
 raeque leges proxeneticae & cambiales exhibent. b) Hamburgi vero  
 hunc actum excipere oportet ipsius ordinationis proxeneticae praelectio.  
 c) Quo ritu peracto iurati proxenetarum publicorum numero adscri-  
 bendi, immo ex quorundam locorum more partim ad fidem ipsis fa-  
 ciendam, partim ad fraudes avertendas baculo proxenetico exornandi  
 sunt. d) Postremo cuiuscumque sensalis publice ita constituti nomen  
 in vulgus edatur. e) Cui rei pluribus in locis ephemeras, f) Ham-  
 burgi vero tabula alba in mercatorum domo suspensa, integrum proxe-  
 netarum publicorum indicem referens, inseruit. g) Quod reliquum est,  
 notatu hic dignum videtur, nonnullis in emporiis solenne illud iura-  
 mentum,

mentum, de quo modo locutas sum, non semel, sed singula anno  
a proxenetis publicis magistratui praeflandum esse. h) Nec dissimile  
quid in patria mea obtinet. Quotannis scilicet post festum trium re-  
gum convocari solent omnes proxenetae Hamburgensium, quo facto  
ipsorum mores percontantur praelectaque ordinatione proxenetica sim-  
guli rogati, num elapso anno fidem iurciurando datam servaverint,  
denuo illam polliceri iubentur. i)

- a) Jo. MART. VOGTS tract. de cambiis p. 19. ZIPFFEL von Wechsel-  
briefen, Sect. IV. p. 93. MEIER I. c. §. 9. SILBERRAD cap. II. §. 2.  
SCHORCH I. c. §. 10.
- b) Ord. Prox. Hamb. in fin. Ord. Prox. Boruss. §. 46. Ord. Prox.  
Rostoc. §. 17.
- c) Samml. hamb. Ges. und Verf. Th. VI. §. 7. p. 415.
- d) Ord. Prox. Hamb. §. 19. Ord. Prox. Brunsv. n. 3. Baculus, quo Ham-  
burgenses utuntur, parvus est, ex ebenino, civitatis insigni atque  
possessoris nomine notatus.
- e) Ord. Prox. Hamb. §. 2.
- f) Ord. Prox. Merc. Brunsv. n. 5.
- g) Ord. Prox. Hamburg. §. 4.
- h) Ord. Camb. Besonec. a. 1632. art. 7. Danzigs Rechte und Willkür  
Th. III. cap. 6. art. 44.
- i) Ord. Prox. Hamb. §. 2. Samml. d. hamb. Ges. und Verf. Th. VI.  
p. 415, sq.

C 5 SECT.



## S E C T. III.

*De officio proxenetarum publicorum.*

## §. 15.

Haec satis de proxenetarum publicorum constitutione, iam ipsum, quo fungantur, officium contemplandum erit. Hoc autem, I) eo potissimum versatur, ut adhiberi se patientur conciliandis gerendisque licitis a) commercii negotiis ad concives atque peregrinos in civitate versantes spectantibus. In solum enim civitatis commodum creati sunt proxenetae publici. Quare sub gravissimarum poenarum comminatione ubique paene ipsis interdictum est, ne ulli peregrino absenti operas praestent. b) Attamen hoc vetitum respectu frumenti ad portati c) fructuumque rusticorum d) nonnullis in locis cessat. Singuli autem certis tantum istorum negotiorum generibus, e. c. mercibus distractis destinati, plerumque his solis operas suas admodum tenentur; e) immo quisque sedulo abstinere debet ab iis, quorum cura ex speciali legis dispositione ipsi denegata est. f)

Quae vero a proxenetiis publicis gerenda atque promovenda sunt, in his negotiis ubi vis propemodum cuiuscumque alius auxilium proxeneticum plane locum non habet, g) ita ut, qui neglecta hac ratione proxenetae privati munere sive vtatur, sive fungi se patiatur, in poenas ad coercendam hanc audaciam constitutas incurrat. Quid? quod ipsum negotium ab illegitimo proxeneta gestum alibi pro nihilo, h) alibi perinde habetur, quasi absque ullius negotiorum conciliatoris

liatoris opera gestum esset. i) Certis autem in terris privum hoc, de quo loquimur, proxenetarum publicorum ius ad solas mercatura & negotiationis res adligatum k) salvaque numquam non interpretandum est libera cuiuscumque potestate, negotia sua, spreto proxenetarum usu, sive per semetipsum l) sive per famulos suos mercatorios gerendi, m)

Deinde aliquot loca sunt, ubi II) proxenetarum publicorum est, illicita commerciorum negotia e. c. vetitas frumenti coemtiones, cryptopolia cert. attendere & ad magistratum deferre. n) Nec diffili modo alibi proxenetas privatos (Boehnhafen, Buchnhafen) diligenter observare tenentur, o)

- a) L. 2. L. 3. D. de proxen. L. fin. C. de sponsalib. Proxeneta delicti negotiis reprobati aequa ac mandans & satisfactionem privatam laeso praefare & poenam publicam subire tenetur. O. P. Hamb. §. 11. 12. 13. Allg. Preuss. L. R. §. 1329. & 1352.
- b) Bremische Ordin. wegen Haltung der Casse von Maecklern d. 21. Mart. 1731. §. 2. Ord. Pr. Hamb. §. 17. & 24. Ord. Pr. Merc. Brunsv. n. 6. 14. & 15. Ord. Pr. Rostoc. §. 4. Allg. Preuss. L. R. §. 1325. MARQVARD 1. 8. 64.
- c) Ord. Pr. Hamb. §. 17.
- d) Ord. Pr. Rostoc. §. 15.
- e) Ord. Pr. Merc. Brunsv. n. 7. Ord. Camb. Augustan. §. 4. Allg. Preuss. L. R. §. 1321. In terris Borussorum nulliter agit sensulis cambiorum in negotiis rei nauticae & sic porro. Vid. Allg. Preuss. L. R. §. 1329. Ad Hamburgenses vero proxenetas quod attinet; horum operae haud adstrictae sunt peculiaribus commerciis, licet fin-

gulum, quum recipitur, certo eiusmodi negotiorum generi promota  
vendo praeципue se dicare oporteat. Ord. Pr. Hamb. §. 19.

f) Interdicta est e. c. proxenitis Brunsvicensibus pignorum datio, Ham-  
burgensibus vero danni ex jactura profecti distributio. Vid. O. P.  
Brunsv. §. 7. & O. P. Hamb. §. 18.

g) Ord. Prox. Hamb. §. 19. Ord. Assc. & Hav. Hamburgensis tit. 23,  
art. 1. Mandat. Hamburg. d. 16. Nov. 1660. (Vid. Samml. d. hamb.  
Mandate Th. I. p. 177.) Ord. Camb. Bofsan. I. c. Ord. Prox. Boruss.  
§. 1. Ord. Prox. Merc. Brunsv. n. 4. Ord. Camb. Francof. II. n. 7.  
SAVARY I. c. p. 357. STRACCHA P. II. n. 9. SCHORCH §. 3. RIC-  
CIVS §. 39.

h) Ord. Camb. August. I. c. §. 1. Ord. Prox. Boruss. §. 3.

i) Allg. Preufs. L. R. §. 1307.

k) Allg. Preufs. L. R. §. 1311.

l) Ord. Prox. Hamb. §. 19. O. Assc. & Hav. Hamburg. I. c. art. 1.  
Ord. Camb. Magdeb. art. 34. in fin. O. P. M. Brunsv. n. 7. RAV-  
BURGER XIII. I. & II. SILBERRAD IV. I. ESTOR I. c. §. 4207.  
RICCIUS §. 7. 8. 31. Aberrat ab hac regula intuitu rerum cam-  
bialium: Mandat. civitatis Dantisci d. 1. Aug. 1760.

m) O. C. Wuertemb. Stuttg. I. c. Allg. Preufs. L. R. I. c. §. 1305.

n) Danzigs Rechte I. c. 43, I. O. P. Rostoc. §. 1. Cf. Allg. Preufs.  
L. R. §. 1351.

o) Ord. Camb. Francof. adp. II. n. 7. III. n. 7.

### §. 16.

Quod ad licita vero commercii negotia attinet, in his mini-  
sterium proxeneticum ex norma legali praefundum est. Nominatio  
in suscipiendo iis proxenetalrum publicorum partes primum eo con-  
sistunt, ut paratus semper sit ad auxilium expedite ferendum. Quem  
in

in finem Hamburgi aliisque in locis illis imposita est necessitas, urbem ipsam, cuius commercii promovendi causa creati sunt, incolendi  
a) nec solvit quis ab hac lege, nisi eiusmodi negotiis districtus,  
quae extra urbis moenia peragenda sunt. b)

Nullus autem, nisi rogatus, ministerium suum adplicet rebus alienis. Sapienter enim leges prohibent, quo minus sponte alterius negotiis sese immiscere operasve suas invitis obtrudere audeant. c) Speciatim proxeneti rei nauticae Hamburgensibus interdictum est, ne navibus advenientibus vehiculo occurrant aut largitionis ope exonerationis curam adsciscere nitantur, d) Simili modo aliae leges cavent, ne quis haud invitatus mercatores adeat. e) Contrarium autem respectu sensuum rei cambialis obtinet, ut qui partim ad solidam cognitionem rationis numariae sibi adquirendam, partim ad promptissimam opem ferendam & negotiatorum domos & mercatorum aulam singulis diebus frequentare debent. f)

Porro quum publicae utilitatis causa creati sint proxenetae publici; necessarium omnino est, ut absque ullo personarum respectu primo cuique operas auxiliatrices expedenti, easdem pratulent, five Christianus hic sit, five Iudeus, five civis, five peregrinus &c. g)

a) O. P. Hamb. §. 5.

b) O. P. Hamb. l. c.

c) Danzigs Rechte l. c. 43. n. 4. Ord. Camb. Brandenb. Onolt. l. c.

O. P. Rostoc. §. 13. O. P. Merc. Brunsv. n. 7. Allg. Preuss. L. R. §. 1334. SILBERRAD IV, I,

d)

- d) O. P. Hamb. §. 17.
- e) O. Camb. Brand. Onolt. I. c.
- f) O. C. Wratisl I. c. Ord. Camb. Francof. adp. II. n. 1. & III. n. 1.  
O. C. Augusti I. c. Allg. Preufs. L. R. §. 1335. SAVARY p. 403.  
Lvdovici I. c. n. V. 12. RAVMBVRGER XIII. 9. RICCIUS §. 20.
- g) Danzigs Rechte I. c. n. 2. O. Camb. Francof. §. 57. & adp. II.  
n. I. O. P. Rostoc. §. 3. O. C. Augusti, I. c. §. 3. Allg. Preufs.  
L. R. §. 1334.

## §. 17.

Negotium vero, quod proxeneta publicus in se suscepit, pro sua natura diligenter & bona fide implere tenet, nec raro exactissima diligentia opus erit, quum res demandata sumimam requirat prae cautionem, quo praecipue perficiendos adsecurationis contractus nec non onerandae navis curam referendos censeo. Pertinent huc plura praecepta, quae ordinationes proxeneticae & cambiales praeferunt intuitu conciliandarum conventionum suppeditant. Speciatim illae negotium susceptum proxenetam publicum ita prosequi iubent, ut ultiora mandata ab eundem finem e. g. ad eamdem rem vendendam, spectantia prorsus declinentur, donec prius negotium, sibi commissum, five perfectum, five fractum fuerit. a) Reliquos vero inter mandantes prior tempore, potior iure semper esto. b) Mandantis igitur commodum licitis quidem mediis promovere, c) sed ex fide proxenetica, legitimi commercii studiosus, simul prohibere debet sensibilis, ne alter ab altero circumveniatur. d) Hinc conventionis ineundae conditions tertio absque fuso adcurate semper indicandae sunt. e)

Severe

Severe leges nominatum cauent, ne quis, proxenetarum privatorum  
instar, distrahendas merces iusto plus extollat f) aliumve, cuius pa-  
trimonii vires non bene noverit, tamquam idoneum laudet. g) Ca-  
vent, inquam, ne quis ulli res promercales infra forenle presum  
extorquere h) falsisve relatis alterum inducere conetur. i) Quid?  
quod proxenetis rerum cambialium fraudis avertendi causa ubivis pae-  
ne id praescriptum est, ut syngrapha iuris mercatorii aliis nude tan-  
tum offerant, iisdemque reiedis in causas alienae voluntatis haud in-  
quisituri adquiescant. k) Merciumque venditione perfecta emitor  
omnino laudandus est. l)

- a) Ord. Pr. Hamb. §. 10. O. P. Rostoc. §. 3. O. P. Merc. Brunsvic.  
n. 9, seq. Allg. Preufs. L. R. §. 1337. & 1338.
- b) O. P. Rostoc. §. 3.
- c) O. P. Hamb. §. 10. Allg. Preufs. L. R. §. 1339.
- d) O. C. Brand. Onolt. I. c. O.C. Augustan. §.3. O. P. Merc. Brunsv. §. 14.
- e) O. P. Hamb. §. 11. Ord. Assec. & Hav. Hamb. §. 6. O. P. M. Brun-  
svic. §. 12. 14.
- f) O. P. Boruss. §. 14. O. C. August. §. 3. O. P. M. Brunsv. n. 17.
- g) O. C. August. I. c. O. C. Francof. adp. III. n. 3. MARQVARD I. 8. 72.
- h) O. P. Boruss. §. 18. O. C. August. §. 2. O. P. Rostoc. §. 3.
- i) O. P. Boruss. §. 18. O. C. Francof. adp. III. n. 4. O. C. August. §. 3.
- k) Allg. Preufs. L. R. §. 1342.
- l) O. P. Hamb. §. 1. O. Prox. Boruss. §. 28. O. P. Brunsv. n. 8. Allg.  
Preufs. L. R. §. 1330, seq.

Nec silentio praeterire possum leges, quae respectu conciliandorum negotiorum anicipitum proxenetae publico datae sunt. Has omnes eo convenire intelligo, ut sensales, priusquam negotium periculorum confici patientur, de periculo ipso certiore faciant alterum contrahentem, soli huius arbitrio rei exitum relicturi. a) Id quod e. c. in persequendo mandato debitoris, aere alieno obruti, maxime locum habet. b) Immo plures leges praeceps definiunt, ut proxenetae mercium in eiusmodi negotiis dubiis non nisi de mercibus earumve solutione confessim praeflandis tractent. c) Quisque tamen sub poena amittendi baculi proxenetici caute ac circumspecte his praeceps obtemperare sibiique cavere debet, ne ex vano rumore ullius fidem minuat. d) Vecligalium etiam summa semper ratio habenda est, ne defraudentur. Hunc in finem quaevis venditio mercium extra urbem sitarum, pro mercatore Hamburgensi facta, indicanda est in patria portorii curia. e)

- a) O. P. Hamb. §. 12. Allg. Preuß. L. R. §. 1340. O. P. M. Brunsvic. n. 16. O. P. Rostoc. §. 14.
- b) O. P. Hamb. l. c. Bremische Ordnung wegen Haltung der Caffe v. d. Maecklern d. 1732. §. 2.
- c) O. P. Boruss. §. 19. O. Prox. Merc. Brunsv. n. 16.
- d) Allg. Preuß. L. R. §. 1341.
- e) O. P. Hamb. §. 7. Allg. Preuß. L. R. §. 1350. seq.

## §. 19.

Porro proxenetam publicum negotia suscepta per semetipsum gerat necesse est. a) Ad liberos quidem, domesticos atque proxenetas privatos quod attinet, hi vel propterea operas auxiliatrices ferre nequeunt, quod publica fides ipsis plane deest. b) Ast nec publicum proxenetam sibi socium eligere quis valet proprio ausu, quippe quum talis societas reipublicae fraudi esse possit. c) Quoties igitur sensalis adiutoris auxilio prorsus carere nequit, eius causa adeundus est magistratus. d) Ex patriis autem iuribus nulli, nisi proxenetae rei nauticae, plures socios dari fas est. e) Sensalis vero, qui diuturno morbo longove itinere plane impeditur, quo minus gerendis commerciis negotiis diutius interesse queat; ex nonnullis legibus, si alter pluresve adsint proxenetae publici, unum ex his vicarium sibi eligere potest. f) Sin secus, quem sibi substitui cupit ille, ad probandum atque confirmandum tradere debet magistratu. g) Et quae per eiusmodi socios aut substitutos legitimos sunt, periinde consideranda sunt, ac si ab ipso proxeneta publico gesta essent. h)

- a) ESTOR 1. c. §. 4208. O. P. Boruss. §. 39.
- b) Mandat. Hamb. d. 19. Apr. 1702. (Vid. Samml. hamb. Mandate Th. II. p. 557.) Mandat. Hamb. de 14. Febr. 1737. (Vid. Ibid. Th. III. p. 1283. sq.) O. P. Rostoc. §. 11. O. P. Merc. Brunsv. n. 18.
- c) O. P. Hamb. §. 23.
- d) O. P. Hamb. 1. c.
- e) O. P. Hamb. §. 17.
- f) Allg. Preuß. L. R. §. 1332, 1335.

- g) O. P. M. Brunsv. n. 18. Allg. Preufs. L. R. §. 1333.  
 b) O. P. Hamb. §. 23. O. P. M. Brunsv. I. c.

## §. 20.

Denique arcana, quorum sensalis negotii commissi occasione particeps factus est, quatenus nihil illiciti ipsis inest, summo silentio tegenda sunt. Id quod commerciorum favori maxime consentaneum est. a) Hinc v. c. de nimia mercium vendendarum copia, quam mandans instructus est, de mutuo sumto, de litteris cambialibus reieclis tacere tenetur proxeneta publicus. b)

- a) SAVARY I. c. p. 399.  
 b) O. P. Hamb. §. 5. Danzigs Rechte u. Willkuehr I. c. 43. 2. O. P. Rostoc. §. 3. O. C. Augustan, I. c. §. 2. Allgem. Preufs. L. R. §. 1349. sq.

## §. 21.

Confecto tandem negotio proxenetae publici officium in annotandis iis cernitur, quae auxilio suo inter partes acta sunt. Legali enim commerciorum favori vel hoc tribuendum est, quod sensalis instructus esse debet libro proxenetico principali (Journal) cui omnes conventiones sua opera perfectas ita adcurate atque diligenter inscribere tenetur; ut ex annotatione sua non principale tantum negotium, verum etiam conditiones accessoriae patefcant. a) Sic, ut exemplo res clarior reddatur, quae de perfecto adsecurationalis contractu paginis illis inseruntur, cuncta instrumenta, polizzae nomine insigniti, essentialia con-

continere opus est. b) Ac ne forte accidat, ut sensalis publici memoria his in rebus vacillet, singula negotia iisdem diebus, quibus perfecta redduntur, fideliter inferenda sunt libro proxeneticoo, c) nec quidquam in hoc delere aut corrigerre fas est. Accedit, quod Iudeorum codices germanica lingua conscribendi sunt. d)

Praeter hunc librum proxeneticum principalem in quibusdam locis sensali publico in promptu semper esse debet manuale, (Handbuch) cui quodvis negotium in ipso momento, quo persicitur, inscribendum est. e) Id quod novissimum Borussorum ius in utriusque pauciscentis praesentia fieri iubet. Quidquid autem eiusmodi manuali interfertur, postridie saltim in librum principalem transferendum est.

His peractis proxeneta publicus ambobus contrahentibus vel postero die notulam, (Notiz \*) negotii adnotati essentialia continet, a semetipso subscriptam tradere tenetur. f) Ceterum remotionis poena eum cohibet, quo minus alii, quam partibus atque magistratu quidquam eorum, quae libris suis inscripta sunt, revelare audeat. g)

a) O. P. Hamb. §. 14. Danzigs R. u. W. l. c. 43. 6. Ord. Pr. Rotfoc, §. 5. All. Preuss. L. R. §. 1359. LVDOVICI l. c. V. 5. SAVARY l. c. p. 355. 389. sq. LANGENBECK ueber das hamburgische Schiff- und Seerecht S. 423. §. 113.

b) Allg. Preuss. L. R. §. 1362. Ex patro jure cuncta de adsecurations negotio cum proxeneta publico communicata, nec non damnorum maritimorum atque iacturarum index una cum adsecutoris responsione verbo tenus in codicem proxeneticum inferenda sunt. Cf. O. P. Hamb. §. 13.

c)

c) Ord. Prox. Hamb. §. 14.

d) Allg. Preuss. L. R. §. 1363.

e) O. P. M. Brunsvic. n. II. Allg. Preuss. L. R. §. 1359.

\* Exempli instar haec verba sunt:

500. Rthl. per Amsterdam.

Cassa a Uso vom Herrn Titius

an Cajus à 125. pro Cent.

Hamburg. d. 21. May 1792.

Heinrich. N. N.

f) SIEGEL corp. iur. camb. I. p. 29. SCHORCH I. c. §. 7. ESTORI c., §. 4200. Riccvs §. 21. & 35. PVETTMANNIS Anmerkungen zur Leipziger Wechselordn. §. 15. not. 10. p. 39. Ord. Camb. Hamb. d. 1711. art. 1. Conclus. Senatus Hamburg. d. 3. Sept. 1778. O. Prox. Hamb. §. 14. O. C. Vratisl. I. c. O. C. Siles. I. c. art. 42. O. C. Vienn. I. c. O. P. M. Brunsv. n. 17. Allg. Preuss. L. R. §. 1364.

g) Ord. Prox. Merc. Brunsvic. n. 12. Allg. Preuss. L. R. I. c. §. 1365.

### §. 22.

Controversis autem super negotio aliquo per proxenetam publicum conciliato ortis iudicio proponendus est liber principalis proxeneticus. Nec exigua est auctoritas, quae huic codici tribuitur, quamvis pro diversitate locorum diversa. a) Alibi nimirum, quae in libro principali consignata reperiuntur, plena fide gaudent perinde, ac notarii protocollum. b) Nec analogiae iuris hoc repugnare videtur, quod sensulis iuramento, magistratui praefitio, publicum fidei sua testimonium dedisse aestimatur. c) Quae licet ita sint, in aliis tamen Germaniae provinciis laudato libro, cum mercatorum codicibus com-

parato

parato, semiplena tantum probationis vis tribuitur. d) Neque haec quidem ex iure Brunsvicensi prius locum habet, quam soluto proxeneticō. e) Ex novissimo autem Borussorum iure singulus libri principalis locus, qui speciali proxenetae iuramento corroboratur, plena fide dignus est. f) Contra mortuorum & absentium libri tantidem sunt ponderis, quanti unius testis iurati dicta aestimantur. g)

Hoc vero probationis robur quum a fide scribentis unice pendat; non potest non cessare in libris eorum, qui fraudis suspicione laborant. Quicumque igitur ob dolum commissum ab officio suo remotus est, eius adnotaciones omni probationis efficacia deslitutae censentur. h) Nec dubitandum est, quin proxenetae codici cum mercatoris libro id commune sit, ut ipsorum fides ex iisdem caussis minuantur. i) Speciatim singula adnotatio intra legitimū temporis spatium libro principali haud inserta omnem vim amittit. Ac si quidem contingat, ut, quae plures proxenetae super eodem negotio a semet-ipsis conciliato sibi adnotarunt, a se invicem recedant; vel eo maxime respiciendum puto, an amborum libri aequē recte confessi sint, nec ne. Si prius, in proposito casu nihil iisdem probari potest. Sin vero alter codex recte, alter minus recte confessus sit, illi omnino fides habenda est, donec alio modo contrarium probatum fuerit.

- a) STRACCHA P. IV. qu. 14. SILBERRAD Cap. II. §. 3. RICCIUS  
§. 55.  
b) Id Hamburgi obtinet. Vid. Hamburgische Gesetze &c. Th. III.  
P. 577, §. 255. De Lipsiensibus idem testatur ZIPFFEL I. c. p. 94.  
Nec

Nec aliud lócum habet ex O. C. Wuertemb. Stuttg. §. 23. HET-  
NECCII elementa iur. cambial. Cap. III. §. 30. MEIER Colleg. Ar-  
gentor. I. c. §. 10.

- c) Arg. L. 10. D. de probat. Arg. L. 30. de donat. L. f. de re iud.
- d) GYLmann decis. 30. n. 8. & in Symphor. Tom. VI. cap. 7. n. 25.  
RAPHAEL DE IVREY de Cambiis D. IV. qu. 2. n. 9. Io. VOET. Com-  
mentar. in pandect. tit. de proxenet. §. 2. LAVTERBACH coll. th.  
praet. tit. de proxenet. §. 2. LYNCKER I. c. Th. 21. LVDOVICI  
I. c. V. 5.
- e) O. Prox. Merc. Brunsvic. §. 11.
- f) O. P. Borufs. §. 22. Allgem. Preusl. L. R. §. 1366.
- g) Allg. Preusl. L. R. §. 1368.
- h) Allg. Pr. Landr. §. 1370. sq.
- i) STRACCHA P. IV. qu. 14. n. 5. LYNCKER I. c.

## §. 23.

Quum itaque de communi sensarium publicorum officio sa-  
tis dixisse videar; restat, ut de iis, quae proxenetarum cambiorum,  
mercium atque rei nauticae propria sunt, quaedam addantur. Huc  
autem refero, quod proxenetae cambiorum atque mercium litterarum  
cambialium rerumque promercantilium valorem, qui ad horum ho-  
minum cognitionem vel maxime pertinet, non magistrati tantum,  
propriam cursus loci formulam condenti, verum etiam aliis petenti-  
bus adcurate indicare tenentur. a) Immo nonnullis in locis, mensa  
argentaria instructis, directori huius instituti sponte tradendi sunt ra-  
tionis numariae indices, utprimum cursor publicus eas attulit. b)  
Lipslae vero semel singulis hebdomadibus ad pecuniae valorem con-  
stituendum

situendum in mercatorum curia proxenetae publici convenire iubentur. c)

- a) Ord. Prox. Hamburg. §. 6. n. 4.
- b) Ord. Prox. Boruss. §. 36. Allg. Pr. L. R. §. 1336.
- c) Ord. Camb. Lipf. §. 31. SCHORCH l. c. §. 10.

§. 24.

Mercium proxeneta Hamburgensis, quoties ex mercatoris mandato rerum promercantilium auctionem instituit, antequam res venduntur porti ministris non auctorem modo laudare, verum etiam vendendarum rerum consignationem tradere debet. Postea, quatenus totum auctionis negotium ipsius curae relictum est, vel rerum venditarum indicem a semetipso aequo ac mandante subscriptum aerario pauperibus alendis destinato praefectis ad ducentesimam auctionis pretii partem, nec non salarii proxenetici quadrantem exigendam offere tenetur. a)

Nec deest certa legum forma in aestimandis inspiciendisque mercibus corruptis a proxeneta publico servanda. Ac si plures eiusmodi negotio intersint, dissensum inter semetipcos ortum protinus nunciare debent collegio commerciorum, a quo tertius sensalis superarbiter eligitur. b)

- a) Ord. Prox. Hamb. §. 16. Samml. Hamb. Ges. u. Verf. Th. VI. p. 418.
- b) Ord. Prox. Hamb. §. 15.

E

§. 25.

Accedo ad multifarias curas, quibus districtus tenetur proxeneta rei nauticae, adcuratus omnino ex patriis legibus delineandas. Primum versatur ille in cura eorum, quae ad exonerandam navem pertinent, de qua sibi mandata protinus certiores reddere tenetur collegium commerciorum. a) Nave advecta eius est, ut portorii (Herrenzoll) ministris hunc adventum sine mora indicet, exhibito simul navis oneris indice, (Manifest der Ladung) nec non magistri navis diarium unius dici spatio rei nauticae collegio (Admiralitae) offerat b)

Porro quoties nauta havariam grossam aut ordinariam poscit, quaecumque documenta ad easdem definiendas distribuendasque necessaria brevi post navis adventum tradenda sunt ministro publico, cui harum rerum cura demandata est (Dispacheur). c) Quid, quod quae floribus accisa, antequam navis exoneratur, nomina nautarum, venalia vestigalia adportantium, scriptis indicanda sunt a proxeneta nautico. Octo autem diebus post idem adcuratam venalium illorum designationem offerre nautamque fistere debet, ut huius indicis veritatem iuramento suo confirmet. d) Ad ipsam navis exonerationem quod spectat, proxeneta ministerium eo consistit, ut mercatores, ad quos merces adportatae pertinent, de navis adventu certiores faciat, nec non in tradendis mercibus, accienda vecctionis mercede &c. adsit. Exoneracione perfecta integer mercium catalogus, nominibus mercatorum, ad quos haec translatae sunt, adiectis, exhibendus est portorii ministris.

Deinde

Deinde proxeneta nauticus oneranda nave vacua occupatur, quem partim eamdem uno pluribusve locari curat, partim conciliatis eiusmodi contractibus ipsum onerationis negotium peragit. Huius autem intuitu sub poena amittendi baculi proxenetici cavere sibi debet, ne conscientia se vetitae merces in navem inferantur, onerisve indici reliquis litteris maritimis, opera sua conficiendis, quidquam defit. Totidem condantur indices, quot portus petiturus est navis singulisque sua manu subscriptis, eosdem sub damni restituendi cautione unicum reliquis documentis suis locis producendos esse. Maxime curet de litteris ad securitatem viae spectantibus, curet, inquam, belli tempore, ut nauta instruatur documentis, ob hanc calamitatem necessariis. Ac si navis ad magnam Britanniam spectet, nominatio nautae atque navis conductores immo Hamburgenses navis domini monendi sunt legis Britannicae, mercium prohibitarum causa latae. e) Neque recognitionis instrumenta aliasque litteras maritimas nauti abenti prius tradere debet proxeneta, quam vestigali atque mercede navis gubernatori debito, prout par est, praeslitis. f) Breve post eius abitum index totius oneris navis tradendus est portorii ministris. g)

a) Ord. Proxen. Hamb. §. 6. n. 9.

b) O. P. Hamb. §. 18. Allg. Preuss. L. R. §. 1343.

c) O. P. Hamb. l. c. LANGENBECK l. c. §. 192, sq.

d) Ord. Prox. Hamb. §. 8.

e) Ord. Prox. Hamb. §. 18.

f) Ord. Prox. Hamb. §. 9. Allg. Preuss. L. R. §. 1344.

g) Hamb. Ges. und Vers. Th. VI. p. 416. sq. LUDOVICI Handlung-

Lexicon sub voce Cargador. Allg. Preuss. L. R. §. 1345.

## SECTIO IV.

*De iuribus, quorum exercitium proxenetae publico  
durante officio denegatur.*

## §. 26.

Delineatis partibus officii proxenetici accedo ad enumeranda iura, quae sensibus publicis, quamdiu provincia sua funguntur, fidei custodienda causa prorsus denegari solent.

Primo autem loco monendum videtur, quod ille pro eo, cuius negotium gerit, fideiubere prohibeatur. Eiusmodi enim intercessione semetipsum testem redderet in propria causa atque efficeret, ut protocollo suo super hoc negotio confecto fides haberi nequeat. a) Aliud quodammodo locum habet intuitu proxenetalium rei nauticae, quippe quibus ad vescigalium pensionem atque praemium, gubernatori navis solvendum, fidem suam obligare licet. b)

Eadem autem ratio, quae proxeneta m fideiubendo repellit, apsi non potest non obstat, quo minus in partem lucri aut commodi, ex negotio per semetipsum conciliando redundatur veniat. c)

a) Ord. Camb. Brunsvic. l. c. Allg. Preuss. L. R. §. 1326. Samml. Hamb. Ges. und Verfaßl. Th. VI. p. 449. §. 6. SAVARY l. c. p. 388. Franck Instit. iur. camb. Lib. I. tit. 9. §. 6. HEINECII elementa iur. camb. cap. III. §. 30. ESTÖRS teutsche Rechtsgelahrtheit Th. II. §. 4204.

b)

- b) Ord. Prox. Hamb. §. 9. Allg. Preuß. L. R. §. 1346.  
 c) Bremische Ordnung wegen Haltung der Caffe von den Maecklern  
     d, 21. Mart. 1731. §. 2. Ord. Camb. Francof. adp. II. n. 2. adp. III.  
     n. 2. Allg. Preuß. L. R. §. 1323. Riccius I. c. §. 34.

## §. 27.

Deinde proxenetae publici ad evitandam fraudis suspicionem mercatoris & negotiatoris personam prorsus exuere atque deponere iubentur. Raro enim contingere, ut socius socio collegii se suaque negotia mercatoria tuto committere possit, quis, quaeso, est, qui ne- sciat. In plurimis igitur Germaniae emporiis proxenetae publici ab omni omnino mercatura removentur, ita, ut neque per se, nec per alios, nec societati negotiatoriae iuncti eam exercere valeant. a) Speciatim sensibus Hamburgensis propria nave quaestum facere b) mensave argentaria uti c) nefas est. Aliorum vero locorum leges modo carent, ne quis proxenatarum publicorum in eodem commerciorum genere & conciliatoris & mercatoris vicibus fungatur. d)

Denique nonnullis in terris sensales cohibentur, quo minus cauponam sicerariam, cerevisiarium vinariumve tabernam exerceant. e)  
 Ceterum & arbitraria & baculi amittendi poena quoscumque tenet, si qui commemoratis iuribus, ex speciali legum dispositione sibi dengatis, prout par est, haud abstineant.

- a) Ord. Prox. Hamb. §. 24. Ord. Adsec. & Havar. Hamb. art. 2. O. C.  
 Bohem. I. c. Ord. Camb. Augustan. Cap. 16. §. 4. O. Camb. Vienn.

- l. c. Ord. Prox. Rostoc. §. 4. Preufs. L. R. §. 1322. sq. MARQVARD lib. I. cap. 8. n. 37. ESTOR l. c. §. 4204. SCHORCH l. c. §. 8. RICCIVS l. c. §. 14. ZIPFFEL l. c. p. 406.  
 b) Ord. Prox. Hamb. §. 24. LANGENBECK p. 422. §. 3.  
 c) Mandat. Hamburgense d. 7. Jan. 1695. Vid. Samml. Hamb. Mandate Th. I. p. 434. LANGENBECK l. c.  
 d) Ord. Camb. Wuertemb. Stuttg. l. c. O. C. Brunsv. art. 15. O. P. M. Brunsvic. art. 15. SAVARY l. c. p. 379. & 401. sqq. DAN. GOTOF. HOFMANN diff. de opifice & rustico cambiante §. 16. pag. 33. RAVMBURGER l. c. Cap. XIII. §. 10. RICCIVS l. c. §. 74.  
 e) Allg. Preufs. L. R. §. 1327. Cf. Rechte der Stadt Danzig l. c. art. 43. n. 5.

## SECTIO V.

*De iuribus & obligationibus eorum, quorum negotia gessit proxeneta, tam erga hunc, quam erga se invicem.*

## §. 27.

Sequuntur nunc iura & obligations eorum, quorum negotia gessit proxeneta publicus tam erga hunc, quam erga se invicem. Quoad priorem vero huius capituli partem

A) Ordinationes proxeneticae atque cambiales expresse faniunt:

I) Ut negotio perfecto sensali pro praefatis operis certa mercies proxenetica (Maecklerlohn, Maecklercourtage) solvatur. Quae quidem solutio pro variis locorum legibus atque negotiorum gestorum natura

natura nunc a mandante, nunc a tertio, nunc ab ambobus contrahentibus facienda est. Nominatim ex patro iure in emtione immobilium uterque, in venditione mobilium pro diversitate mercium vel utraque, vel alterutra pars persolvere tenetur proxeneticum. Si vero ob unius tantum partis commodum atque utilitatem accesserit sensalis, ab hoc etiam illud solummodo praefatur. Sic in adsecurationis contractu is modo proxeneticum exsolvit, cuius merces adsecurantur.

Quantitatem proxeneticici pro singulis paene casibus in legibus proxeneticis atque cambialibus definitam invenimus, ubi simul strenue cavitur, ne quis proxenetarum plus minusve constitutae mercedis accipiat. Pluribus vero sensalibus, qui in uno eodemque negotio elaborant, debitum proxeneticum pro diviso solvitur. Cessat tamen proxeneticum, simulatque sive contractus ipso iure fuerit nullus, sive negotium, magno labore multisque molestiis exhaustis, exitum non habuerit. Opera haec frustra collocata cum aliis commodis, ex levi saepius labore redundantibus, compensanda est. a)

II) Contraria ex parte damnorum restitutio

1) ex novissimo iure Borussorum partim utriusque contrahentibus ob dolum, ob arcana evulgata atque negotia sola proxenetae culpa nulliter gesta, (§. 14. not. h.) partim mandanti, ex culpa levi laesis, compicit. b)

2) Patria autem iura utrumque contrahentem, si quis ob regulas legales in oneranda nave conciliandisque adsecurantiae negotiis

a

a) proxeneta publico neglectas damnum passus fuerit, indemnem reddi iubent. Idem illa intuitu tertii disponunt, propterea laesi, quod sensu venditione perfecta emtoris nomen laudare recusaverit aut anticipates mandantis res ipsi, tamquam venditori, celayerit. c)

a) Cf. Ord. Prox. Hamb. §. 20. & hamburgische Courtage-Taxe in fin. O. Prox. Hamb. p. 27-56. it. Entwurf zu einer neuen Courtage-Taxe, Hamburg im November 1793. Ord. Adsec. & Havar. Hamb. art. 5. Danzigs Rechte I. c. art. 43. n. 7. sq. & art. 44. Ord. Camb. Brandenburg. Onolt. I. c. Ord. Camb. Francof. adp. II. 4. adp. III. 4. Ord. Prox. Rostoc. §. 16. Ord. Camb. Augustan. I. c. Ord. Prox. Merc. Brunsvic. n. 13. Allg. Preufs. L. R. I. c. §. 1379, sqq. MARQVARD Lib. I. c. 8. n. 59. MEIER I. c. §. 15. & 18. SAVARY I. c. p. 355. 359. 405. LYNNCKER I. c. th. 17. & 27. RICCIUS §. 59.

b) Allg. Preufs. L. R. §. 1329. 1339. 1349. 1386.

c) Ord. Prox. Hamb. §. II. 12. 13. 18.

### S. 28.

B) Quatenus autem speciales eiusmodi leges vel plane nobis desunt, vel cuncta iura & obligationes partium atque proxenetae ex iisdem definiti nequeunt, in subsidium ad ius commune recurrentur. Nominatio iura & obligationes mandantis erga proxenetam secundum principia iuris romani de locatione conductione operarum diadicanda censeo. a) Etenim verum contraclum locationis conductionis operarum adesse arbitror, ubi ex una parte proxeneta negotium quoddam gerendum suscepit, ex altera vero mandans sive expresse, sive tacite ad mercedem ex legis dispositione a semetipso praestandam fese

fese obligavit. Reliqui casus, ubi finito negotio solutio proxeneticus  
sive a solo tertio, sive a mandante simul facienda est, ab operarum  
locatione eo quidem differt, quod is, qui operas sibi stipulari curavit,  
integralm mercedem non praefstat. Attamen quum vel his casibus  
proxeneta publicus negotium commissum ob spem adquirendae mer-  
cedis eidem iunctam in se suscipiat; euidem non dubito, quin, quae  
inter hunc & mandantem geruntur, locationis conductionis naturam  
retineant.

Obiiciat forte quispiam, ex iuri romani principiis nullum pro-  
prie cum proxeneta contractum geri, hinc ex iure communii nil, nisi  
dolum a sensibus nostris praestandum esse. Sed male haec de pro-  
xenetis publicis dicuntur, quippe quorum operae, prout supra docui,  
certa mercede aestimari solent. Id, quod secus erat inter Romanos.  
Hinc proxenetas publicos aequae ac agrimensores nostros, in magna  
dignitate haud constitutos, ex locato conducto ad praestandum dolum,  
leve, immo quandoque levissimum culpam teneri autumo.

Quod vero attinet ad eos, quorum negotia gessit proxeneta  
publicus; hi, inter se spectati, sibi obligantur ad praestandum id, quod  
per proxenetam stipulatum aut promissum est. Nec excessus mandati  
attenditur, nisi tertius fraudis participem se reddiderit. Hinc quum  
sensibilis rem maioris pretii pro quadraginta uncialibus pignori dandam  
acepit & centum mutuo sumvit, in centum pignus subsistit, salvo  
regressu contra proxenetam. b)

F

Plura

Plura quidem hic addi possent, nisi angusti huius libelli limites id me iam conari prohiberent. Reliqua igitur Vobis, Lectores, harum rerum haud mediocriter peritis, relinquenda censeo. c)

- a) Eamdem sententiam fovent B. JVST. HENN. BOEHMER in introd. ius Digestor. tit. de prox. §. 3. LYNCKER in collegio pandect. tit. de prox. IDEM in dissert. de proxen. th. 29.
- b) HERTIVS diff. de obligatione mandantis & mandatarii contemplatur tertii. §. II.
- c) Cf. MEIER colleg. Argent. I. c. §. 11. & 18. LYNCKER diff. de prox. th. 26 - 32. SILBERRAD I. c. Cap. 4. §. 6. RICCIUS I. c. §. 9. 46. 49. LEYSER Spec. 681. m. 17. Sammlung hamburgischer Gesetze und Verfassungen Th. I. S. 74. §. 8.

#### S E C T . VI.

##### *De finiendo munere proxenetico.*

§. 29.

Publicum sensalium munus tripli modo finitur. Primum hoc fieri potest ex libera proxenetae publici voluntate, spontanea scilicet muneris abdicatione, ita tamen, ut, eadem usurpus a magistratu, cuius auctoritate constitutus est, dimissionem petere teneatur. a) Hac impetrata aliud vitae genus eligere sensali fas est.

Altera

43

Altera causa finiendi muneric proxenetici est causus fortuitus, mors scilicet, omnia solvens. Denique ex legis severitate modo in tempus, modo in perpetuum, suspensione scilicet aut remotione, muneri proxenetico finis imponitur. Suspensioni vero locus est, quoties sensalis levia peccata in officii sui administratione commisit aliave ratione fraudis suspectum fese reddidit. Speciatim ex patro iure quisque solvendo imparem se professus, statim ab officio suspenditur. b) Remotio contra decerni solet, ubi sensalis verum dolum aut aliud facinus, quod hac poena a legibus notatum est, perpetravit, veluti quem illicitis negotiis fese immiscuerit, vetitum quaesum exercuerit, libro suo principali conciliatas conventiones repetita vice serius intulit cett. c)

- a) Ord. Prox. Hamb. §. 6. Ord. Prox. Merc. Bransvic, n. 19. Allg. Pr. L. R. §. 1387.
- b) Ord. Prox. Hamburg. §. 5.
- c) Allg. Pr. L. R. §. 1373. MEIER Colleg. Argentorat, l. c. §. 19. Riccivs l. c. §. 83.

§. 31.

Ceterum remotionis poena proxenetam in perpetuum inhabilem reddit ad munus, quo hucusque functus erat, denuo capessendum.  
a) Aliud obtinet intuitu suspensionis, quae, si in certum tempus facta fuerit, elapso poenitentiae spatio, cessat. Nec decoctores novae creationi prorsus incapaces esse, ex prioribus satis patet. (§. 9.)

Finito

Finito autem munere proxenetico non baculus solum; verum etiam liber proxeneticus, quasi instrumentum publicum, magistrati tradendi sunt. b)

a) Ord. Prox. Hamburg. §. 4.

b) Ord. Prox. Hamb. §. 8. n. 7. Ord. Prox. Merc. Brunsf. n. 20.

Allg. Pr. L. R. §. 1369. & 1375. Sammlung hamburgischer Gesetze und Verfassungen Th. VI. S. 415. sq.

### Emendanda.

Pag. 2. in §. 2. pro: *publicos & privatos* l. *privatos & publicos*.

P. 8. in not. d) in fine pro: *Allgem. Preußisches Landrecht &c. I. Allgemeines Landrecht für die Preußischen Staaten, Th. II. tit. 8. Abschn. 10. §. 1305 - 1388.* — der zweyten Auflage Band III. S. 547. u. ss.

rum  
ratui

20.  
Ge-

All-  
t. 8.  
III.

---

## THESES.

### I.

*Si debitum quoddam, actione exigendum, praescriptum erit, compensatione  
adhuc uti licet.*

### II.

*Pacta de hereditate tertii viventis non valent.*

### III.

*Possessio non est species iuris in re.*

### IV.

*Mandans adquirit dominium rei, et si mandatario nulla mandantis men-  
tione facta tradatur.*

### V.

*In societate aequali plurima vota, secundum iuris naturae principia, ce-  
teros dissentientes non tenent.*

### VI.

*In causis matrimonialibus iuramenti delatio indistincte locum habet,*

---

A E R I H T

I.

Denk' gern an die alte Freyheit und die Freiheit will ich  
immer haben, und das ist mir auch gelungen.

II.

Nicht nur etwas Freiheit braucht ich auch.

III.

Denk' gern an die alte Freiheit will ich  
immer haben, und das ist mir auch gelungen.

IV.

Denk' gern an die alte Freiheit will ich  
immer haben, und das ist mir auch gelungen.

V.

Denk' gern an die alte Freiheit will ich  
immer haben, und das ist mir auch gelungen.

VI.

Denk' gern an die alte Freiheit will ich  
immer haben, und das ist mir auch gelungen.

(X 228 2109)

ULB Halle

005 458 358

3







1795, 4 6

479

DISSERTATIO IN AVGVRALIS  
DE  
**PROXENETIS PVBLICIS**  
EX IVRE GERMANICO, PRAESERTIM  
HAMBVRGENSI SPECTATIS

QVAM  
AVSPICIIS REGIIS  
AVCTORITATE ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM  
ORDINIS

IN  
**ACADEMIA GEORGIA AVGUSTA**  
PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS  
RITE OBTINENDIS

PROPONIT  
DIE IX. OCTOBRIS MDCCXCV.  
**CONRADVS OTTO LVEHRSEN**  
HAMBVRGENSIS.

GOTTINGAE  
TYPIS H. M. GRAPE, ACAD. TYPOGR.